

## I.

### DE TRANSYLVANIA.

Ad Transylvaniā ~~ver~~<sup>io</sup>, quae saepius nobis obiici solet: /m nullib[us] enim in Europa contra Societatem frequentiores excitatae sunt tragœdiae, quam in hac provincia dissensionum et quod inde sequitur calamitatum feracissima. Avertat Deus, ut regnum Poloniae, quod florentissimum opto, unquam Transylvanica lue corripiatur, Ecclesiasticum ordinem invadat, religionem catholicam premat, ab ovili Christi, non canes solē, sed et pastores amoveat, et quod pejus est in exilium pellat; uti in Transylvania tragicè factum esse constat. Nam dum vel Stephanus rex, vel ejus frater Christophorus, vel Christophori filius Sigismundus, ac Andreas nepos Cardinalis, et denique Majestas Caesarea, Principes catholici, ad Transylvaniae clavum sederunt, floruit religio; floruit Ecclesia, floruit regnum; floruit et Societas nostra doctrinae laude, nobilium institutione, populi observantia, principum gratia, innocentiae existimatione. Ac cum ex Arii, Calvini, Lutheri, Helvetiorum schola prodierunt, qui rem publicam gubernarent, uti Sigismundi tutores, Moyses, Bochkay, Rákóczy, Gabrieles,<sup>1</sup> statim ordo ecclesiasticos opprimi, religio exulare, Societas solum vertere, populus affligi, regnum vastari coepérunt: ut Societatis causa cum religionis libertate, ordinis ecclesiastici incolumitate, populi salute, regni felicitate conjunctissima videretur. Non fabulas narro, non falca fingo, ea quibus interfui, et quorum pars non minima fui, expono.

Christophoro principe, Stephanoque rege mortuis,<sup>2</sup> Sigismundus Bathoreus successit,<sup>3</sup> qui cum ob immaturam aetatem regendae provinciae impar esset, magistratus, qui regeret, totus

<sup>1</sup> Vagyis Báthory Gábor és utána Bethlen Gábor.

<sup>2</sup> Báthory Kristóf fejedelem meghalt 1581 május 27-én, István király meg Grodno várában 1586 december 12-én.

<sup>3</sup> Megválasztva 1581 május 1-én, még apja életében.

haereticus constitutus fuit,<sup>4</sup> qui cum postea gubernationem Sigismundo, qui vix pueritiam excesserat, resignare debere*ti*, id non prius fecit, quam ut regnos Societas pelleretur consen-tire*t*;<sup>5</sup> consensit ille quidem aegre, consensit tamen, sed memor avitae pietatis et commendationis tum patrui regis, tum principis patris statim atque, se in regno pedem fixum haber*s* sensit, Societatem ad antiquas sedes revocavit, novisque cen-sibus ac ornamenti*s* auxit, ordini etiam ecclesiastico splendo-re*m* restituit;<sup>6</sup> qui vero Sigismundum, ut Societatem dimit-teret, coegerunt, male perierunt, nam primarius illico interiit,<sup>7</sup> secundarius caput amisi*t*,<sup>8</sup> et plerique misere vitam finierunt. Sed ecce dum omnia feliciter suum cursum tenent, politicae turbae intercedunt, iterum opprimitur religio. Nam postquam Sigismundus Transylvaniam Caesari resignasset,<sup>9</sup> et Michael Vajvoda occupata Transylvania<sup>10</sup> a Georgio Basta Caesaris generali primum profligatus,<sup>11</sup> deinde interfectus fuisse*t*; contra Caesarem Transylvani insurrexerunt, cumque ipso de regno certarunt, religionem autem pessum dederunt.

<sup>4</sup> István király ajánlatára a Gálfi János alatt működő fejérvári szenátus, majd (1583 március 6-a óta) az Erdélyi hármasanács és utána Gyczy János kormányzó.

<sup>5</sup> A jezsuiták kiűzése az 1588 karácsonykor tartott medgyesi ország-gyűlésen mondatott ki és iktattatott törvénybe.

<sup>6</sup> Az 1595-i tavaszi fejérvári országgyűlés határozatából, töröltetvén az előbbi kitiltó végzés.

<sup>7</sup> Gyczy János pár nappal a jezsuiták kiüzetése után, 1589 január ~~ea~~ halt meg. (Szamosközy feljegyzése; munkái IV. köt. 22. l.)

<sup>8</sup> Gálfi János 1592 őszén elfogatván, Huszt várába vitetett s ott 1593 március 8-án vették fejét, egy órával Báthory Zsigmond kegyelem-levelének megérkezése előtt. (Gyulai Lestár följegyzései I. köt. 27. l.)

<sup>9</sup> Báthory Zsigmond Erdélyt Rudolf császárnak 1598 tavaszán en-gedte át, de az év nyarán váratlanul hazatért a nyomorúságos Oppeln várából és újra uralkodott 1599 márciusáig, amikor ismét lemondott Báthory András bíboros javára.

<sup>10</sup> Mihály havasalföldi vajda ámbár esküvel fogadta, hogy Erdélyt nem bántja, Rudolf anyagi támogatásával 1599 október végén betört s miután a sellenberki csatában Báthory András levezte, ezt Moldva felé való menekülése közben a félrevezetett székelyek a csíki havasokban megölték.

<sup>11</sup> Csáky István erdélyi seregével egyesülten a miriszlói (1600 szep-tember 18-án vívott) csatában verte meg Mihály vajdát és kényszeríték kimenekülni az országból. A csata lefolyását külön értekezésben írtam meg 1907-ben.

Primus fuit Moyses natione Hungarus, patria Siculus,<sup>12</sup> religione Arianus, qui Turcicis Scythicisque copiis instructus Transylvaniam occupavit.<sup>13</sup> Hic me oculato teste ut facilius rerum potiretur cum Claudiopolitanis convenit, ut ipsi civitatem dederent; ipse potestatem faceret illis collegium Societatis diripiendi/vastandi, excidendi, Patres ipsos ejiciendi, raptandi, mactandi. Omnia momento facta; civitas tradita, collegium direptum, templum dirutum; gymnasium regio opere extructum vastatum; Patres partim pulsi, partim vulnerati, partim trucidati; nec aliis sacerdotes, qui tunc Claudiopoli erant, immunes ab injuriis dimissi.<sup>14</sup> Haec placent adversariis; quibus ita execrabantur Turcae, ut Czausius, qui Bassae Temisvariensis ad Moysem interpres erat, mihi objicerit hoc vel unico argumento probari Christianos Turcis esse deteriores; quod templo Deo dicata vastarent, personas sacras tangere auderent, quod nunquam apud Turcas visum affirmabat, et si voluisse ire Constantinopolim, apud suam gentem majorem securitatem, quam apud haereticos, majoremque humanitatem promittebat. Dedeceus Christianorum est inter eos reperire, qui ipsis Turcis detestabilia ut paeclare gesta laudent, et imitatione digna existiment. Hic fuit primus Moysianaे tra-  
goediae actus, ultimum intueamur.

Peccatum non dissimulavit, nam totus non abiit mensis, cum Moyses a Radulio Valachiae Vajvoda, quem Basta in auxilium vocarat, caesus miserrime interiit;<sup>15</sup> et interitu suo totam Transylvaniam funestavit, quia universum nobilitatis florem, qui ejus castra vel invitus sequi cogebar, miserando suo casu oppressit. Ille autem civis Claudiopolitanus, qui

<sup>12</sup> Miután Mihály vajda Rudolf császár támogatásával újra bejött, Basta előbb jó viszonyban állott vele s az 1601 augusztus 3-i goroszlói csatában együttesen verték meg Báthory Zsigmondot; de midőn Kolozsváron át lejebb mentek. Basta gyanúsnak látván Mihály vajda viselkedését, 1601 augusztus 19-én Torda keresztesmezei táborában megölette.

<sup>13</sup> Siményfalvi Székely Mózes (István király egykori vitéz katonája) 1603 április 15-e óta Erdély fejedelme.

<sup>14</sup> Bőven megírtam „A kolozsvári Báthory-egyetem története lerombolásig, 1603-ig“ c. értekezésemben. Kolozsvár, 1906. (Különnyomat az Erdélyi Múzeumból.)

<sup>15</sup> A Brassó melletti 1603 július 17-én vívott csatában, amelyben menekülés közben Rádu Serbán vajda egyik csapata utólérte és megölte.

Iudex regius erat praecipuus civitatis<sup>16</sup> tradendae, et Collegii vastandi auctor fuerat, ignominiose e patibulo peperdit: Societas autem a Basta generali, reliquisque a Caesaris commissariis restituta a civibus honorifice reducta fuit. Quae non ob aliud crimen erat electa, nisi quod Catholica erat, et Catholicam religionem promovebat; quod ne in posterum faceret, Claudio-politani non solum in nos, sed etiam in templum, collegium et seminarium saevierant et omnia solo aequarant, hac enim ratione, et nos extinguere, et nostri memoriam oblivione sempiterna delere se posse existimarent. Ut necesse fuerit illos nobis revertentibus tradere templum Parochiale cum reliquis ad parochiam pertinentibus, quae ipsi occupabant. Haec de Moyse.

Alter fuit Stephanus Bochkai, patria Hungarus, secta Zwinglianus.<sup>17</sup> Zwinglianam enim haeresim illum profiteri ex quadam ipsius confessione, quae circumferebatur, intellexi. Hic tanto odio religionem Catholicam prosequebatur, ut se in Transylvania, quam conspiratione in Caesarem facta occuparat, non prius dominari posse crederet, quam Catholicos oppressisset. A Societate autem incepit. Nam cum in civitate Mediesensi comitia haberentur,<sup>18</sup> ut coram toto regno actio de nobis eiiciendis institueretur effecit. Arianorum igitur, Calvinianorumque Superintendentes<sup>19</sup> acerrime illam aggressi sunt; eaque sere machinas, quibus alibi peti solet, adhibuerunt; multa etiam ex suo capite exprompserunt; illudque favent, e Principe effecerunt, ut decretum de pellenda Societate conderetur. Aderam ego Mediesensi; et de re tota certior factus ab amicis, postero die plenum omnium ordinum consessum accessi, inauditum non esse condemnandum ostendi; ut me meam causam defendantem audirent petii; aequitati locus datus et auditus fui. Tantam Deo propitio Societatis innocentiam esse ostendi, adeo falsa et ficta, quaecunque in nos conjecta erant demonstravi, ut adversarii, qui me

/d

II di

<sup>16</sup> Es Gellyén (Bogner) Imre volt.

<sup>17</sup> Bocskay István az 1605 április 20-ikára összehívott szerencsi országgyűlésen választatott Magyarország és Erdély fejedelmévé.

<sup>18</sup> A mrdgyesi országgyűlés 1605 szeptember 14-én nyílt meg; lefolyását legbővebben Argenti atya alább közlendő beszédéből ismerjük meg.

/te 7

<sup>19</sup> Toroczkai Máté és Tasnádi Mihály.

absente tam confidenter famam nostram lacerarant, me praesente et provocante, ne mutire quidem sint ausi, sed sese ex hominum conspectu proripuerint, absconderintque; quos forte imitarentur multi, si aperto quidem, sed aequo marte liceret congregari, non autem cuniculis veritas permitteretur oppugnari. Sed ad Proceres redeamus, quorum animi ita sunt mutati, ut facti decreti eos poeniteret; eo igitur lacerato Societas suo loco stetit: neque defuerunt, qui ex majoribus subsellis sponderent se in posterum nunquam Societati oblocuturos. Res acerba quidem et imperata Bochkaio accidit; sed cum aliud non posset, dissimulavit, donec alia occasione non jure munitus, sed vi armatus, Societatem e regno reclamante justitia, reclamantibusque bonis eiecit.

Sed neque diu illum toleravit Deus; vix enim pedem extuleram: cum ipse miserrime periit,<sup>20</sup> vel a suis uti ferebatur, veneno sublatus, vel certe, ut alii dicebant, vino et venere confectus.<sup>21</sup> Ergo non diutius Bochkai, post nostram e regno ejectione regnavit, quam Moyses postquam Claudiopolis eiicerat, supervixit: ut pari peccato parem poenam influisse videatur Deus. Neque enim alio nomine nos eiecit Bochkaius, nisi quia Catholicam religionem eo tempore in Transylvania cervicibus nostris sustinebamus; et cum me in Hungariam evocasset, nullam aliam causam cur nos dimitteret reddidit, nisi, quia hoc haeretici, quibus ipse non repugnare, sed morem gerere volebat, expetebant. Digna principe vox scilicet, qui mihi instanti, principis esse sua unicuique jura inviolata servare, innocentes (quales nos eramus) non iniquorum libidini exponere, sed potius justitiae gladio tueri respondit se metuere, ne si aliorum culpa nos de vita periclitari contingret, Principum Christianorum, quibus nos cordi esse ignorabat indignationem ipse incurreret. Omnino igitur statuisse, ut Societas e regno excederet. Urgebam nostram sive salutem, sive perniciem in ejus manu ac voluntate positam esse: pro-

<sup>20</sup> Bocskay 1606 december 29-én halt meg Kassán, minden valószínűség szerint a titkára, Káthay Mihály által neki beadott lassan ölf méreg következtében. Ezt a rendek erősen hitték s ezért bosszújokban Káthayt lemészárolták.

<sup>21</sup> Ez nem volt igaz.

positum nocendi ipse poneret, alios, quos timeremus restare nullos, ad ejus exemplum reliquos omnes sese composituros. Sed haec multa alia indurato Pharaoni incassum dicta.

Tertius Bochkaio successit Sigismundus Rakoczius Hungarus, haeresi vel Calvinista, vel Calvino—Lutheranus, qui cum in Principem adscitus fuisse<sup>22</sup>, a Matthia tunc archiduce, postea Augustissimo Romanorum Imperatore clementer requisitus fuit, Societatem per injuriam dimissam restitueret. Pro qua re cum ad ipsum venissem, etsi omnia, tanquam aequa et justitiae consona pollicebatur, rem tamen ad comitia referendam respondit. Cum igitur comitia Claudiopoli haberentur, ne ego admitterer in civitatem diu adversarii restiterunt et lapidibus se negotium expedituros protestati sunt. Verum tandem ob Caesaris reverentiā me admiserunt. Causam adjuvante Deo ita egi, ut aequitas nostra, adversae partis iniquitas, omnibus innotesceret, nec ullus esset, qui vel verbum in contrarium proferret. Ea erat vis non orationis, sed veritatis.<sup>23</sup> Cum igitur adversarii viderent se ratione nihil efficere posse, victoriam a nobis stare, aliam viam inierunt: clamoribus omnia implere, furere, tumultuari coeperunt et facto impetu Societatem proscripterunt, bonique, quod impri- mis avara cupiditas quaerebat, spoliarunt. Et ne ulli dubium esset, Societatem propter solam religionem e Transylvania esse pulsam et regnum articulo hac de re conscripto, et Princeps testimonio, manu et sigillo suo munito testatum fecit. Articulus enim, quo Transylvania excedere jussi sumus, ex Hungarico in Latinum sermonem conversus, sic ad verbum habet:

De religione sic deliberavimus, ut juxta articulos antea editos, omnes in sua religione sine impedimento conservarentur; sed Societatis Iesu secta e ditione Illustrissimi principis excedat. Haec comitorum articulus.<sup>23a</sup> Testimonium autem

<sup>22</sup> Rákóczi Zsigmond, mint Bocskay alatt helyettese, 1607 január 27-án vette át az ország kormányzását s utána február 12-én választott fejedelemmé a marosvásárhelyi országgyűlésen.

<sup>23</sup> Beszédét Argenti atya a kolozsvári országgyűlés 1607 június 15-i ülésén adta elő; szövegét szintén közöljük.

<sup>23a</sup> Magyar szövege ismeretlen, mivel az országgyűlés végzései sajátosképen nem maradtak reánk.

principis, ut idem magis eluceat, de verbo, ad verbum hic describemus. et est hujusmodi:<sup>24</sup>

Nos Sigismundus Rákóczi, Dei gratia Princeps Transylvaniae, partium regni Hungariae Dominus et Siculorum Comes etc. Significamus tenore praesentum, quibus expedit universis: Quod cum superioribus diebus Reverendus Dominus Ioannes Argenta Societatis Jesu antea in Transylvania Provincialis, in hoc regnum Transylvaniae eam ob causam venisset, ut a nobis et subditis nostris in dicto regno nostro Transylvaniae et partibus Hungariae ditioni nostrae subiectis impetraret ut in priora residentiae suae loca, olim a Divo Stephano Rege Poloniae. Magno duce Lithuaniae ac Principe tunc memorati regni Transylvaniae fundata, simul cum reliquis Patribus ac magistris ejus ordinis regredi liceret, eam rem in comitiis generalibus Claudiopoli ad decimum diem mensis Junii praesenti anno celebratis, diu multisque agitata numero et multitudine catholici ab adversariis eorum superati, consequi non potuerunt. Unde nos praesentibus nostris testificamur, eosdem Patres Societatis Jesu, ut bonos et morum integritate graves viros ex suis collegiis, bonisque, non ob illum delictum, aut notae alicujus vitium, verum ad instantiam Romanae et catholicae fidei contrariam opinionem sequentium esse deturbatos, exclusos et in alia loca demigrare coactos: prout testificamur harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in civitate nostra Coloswar, die 26. mensis Junii. Anno Domini 1607.

Sigismundus Rákóczi mpr.

Quis jam asserere audeat, Societatem ob aliam causam, quam ob religionem Catholicam e Transylvania esse exclusam, cum lex exclusionis aliam non afferat. et Princeps hanc unam fuisse affirmet, quia haereticorum numero Catholicos superabant. Caeterum Patres à probitate, gravitate et morum integritate homo haereticus laudet. Nec verbo solum, re etiam ipsa hoc testatus est princeps, quia Patres, qui tunc mecum erant in suam tutelam suscepit, iisque religionem Catholicam

<sup>24</sup> E levél szövege Argentij kiadásán kívül megjelent Juventius József „Historiae Societatis Jesu” c. műve V. része II. kötete (Roma, 1710) 125. l. Wielewicki krakkói Historia domusa II. köt. 249. l. Az Erd. erg. gyűl. Emlékek V. köt. 516—7. l. és János Elek: Oklevétár Kolozsvár történetéhez II. köt. 208. l.

profiteri et exercere liberum esse voluit, imo et in gratiam Catholicae uxoris<sup>25</sup> unum ipse dum in Transylvania fuit aluit.

Ut autem omnia melius pateant, descriptam hic protestationem, quam tunc contra articulum, contra nos editum, Catholici fecerunt et est hujusmodi:

Nos subscripti in unitate fidei Catholicae Romanae Ecclesiae consentientes, regni Transylvaniae, partiumque eidem adnexarum, tum incolae, tum in eadem, iisdemque possessionati, ad universorum tam praesentium, quam futurorum notitiam harum serie volumus pervenire: Quod nobis, una cum aliis sectariis, puta Lutheranis, Calvinistis, Arianis, aliisque privatae opinionis assertoribus, non definiendae religionis causa, vel ad exterminationem Societatis Jesu, verum pro tractandis aliis, tum privatis, tum publicis regni negotiis, 1ghuc Claudiopolim ad generalem dietam congregatus Reverendus P. Ioannes Argentus, ejusdem Societatis Jesu sacerdos et in hac Transylvania Vice-Provincialis, qui non ita pridem a Serenissimo Principe Stephano Bochkay proprio arbitrio, absque regnicolarum consensu, violenter e bonis propriis et stabilibus residentiis, cum sociis aliis ejectus fuerat, defendendae propriae innocentiae causa, et intervenientibus etiam commendatitiis Ser<sup>mi</sup> Principis et Domini Domini Matthiae Archiducis Austriae etc. juxta mentem Sacratissimae Majestatis Cæsareae emanatis, coram statibus et universis ordinibus hujus regni, in templo Arianorum ad longum auditus fuisse, suique adventus causam, innocentiam, doctrinae veritatem, morum integritatem abunde demonstrando, justitiam implorasset; et si qui essent, qui his contrarium tum rationibus, tum veris testibus docerent, prodire flagitasset, id ipsum nos omnes catholici, ab adversariis contra Patres Societatis tantum mutua conspiratione unitis postulassemus, quo videlicet in dicta causa nullis testibus convicti, e propriis sedibus et bonis Patres Societatis non modo non exturbarentur, verum contra omnem aequitatem a Ser<sup>mo</sup> Stephano Bochkay ejicti, suis locis, juribus et liberis catholicae religionis exercitiis restituerentur. Ubi adversarii se causam desperatam tueri, nec

<sup>25</sup> Az 1544-ben született Rákóczi Zsigmondnak egymásután három felesége volt: Bekényi Alaghy Judit, Gerendy Anna és Telegdy Borbála.

rationibus aut aequitate quicquam se consequi posse animad-  
 vertissent, obstinata pertinacia et tumultuario clamore in id  
 consensissent, ut Patres Societatis ex hac provincia penitus  
 eliminarent, cui sententiae uti contra aequitatem et commu-  
 nem justitiam, quae sua cuique reddi, nec quemquam inauditi-  
 tum, non convictum, non sententiatum damnari suo jure pos-  
 tulat subscribere haud potuimus; verum nomine omnium  
 nostrum tam praesentium, quam absentium catholicorum  
 fratrum nostrorum, successorumque nostrorum, de hac in-  
 digna, inaudita, juribusque regni contraria sententia in pub-  
 licâ dieta, tam coram universis contrariis statibus et ordinibus  
 regni. quam coram ipsomet moderno Principe nostro Ill<sup>mo</sup>  
 Domino Sigismundo Rákóczi, adjunctisque consiliariis ejus-  
 dem solemniter protestati, eidem contradiximus; nunquam  
 huic sententiae, Patrumque Societatis Jesu ejectioni, bonorum  
 juriumque eorundem ablationi consentire volentes, siquidem  
 a piis, legitimisque hujus regni principibus fundationes suas,  
 privilegia sua, confirmationesque habeant, neque alicujus vel  
 levissimi criminis/ curæ de jure amittere potuissent, unquam  
 convicti fuissent; prout contradicimus praesentium per vigo-  
 rem. Datum Claudiopoli, 20. Iunii. Anno Domini M. DC. VII.  
159

Franciscus Daróczy de Deregyeo Sacrae Caesareae et  
 Regiae Majestatis Consiliarius Balthasar Kornis Consiliarius  
 Ill<sup>mi</sup> Principis Balthasar Sylvasy Consiliarius Ill<sup>mi</sup> Principis  
 Lucas Trauzner Colusvarius de Hadrév Ill<sup>mi</sup> Principis Tran-  
 sylvaniae Consiliarius et in Sede Iudiciaria praesidens Sigis-  
 mundus Kornis de Ruzka Benedictus Mindzenti Comes Comi-  
 tatus Doboka Sigismundus Sarmasághi Comes Comitatus Thor-  
 densis Pancratius Sennyei Stephanus Huzar Petrus Banffi  
 de Losoncz Ioannes Kálnaki Clemens Béldi Blasius Kamuthy  
 de eadem Gregorius Bornemiza Iuris utriusque Doctor et Se-  
 dis Iudiciariae Ill<sup>mi</sup> Principis assessor Paulus Forró Iudicia-  
 riae sedis assessor Simon Lódy Paulus Koncz Ladislaus Kra-  
 nyik Georgius Nagy Melchior Besenyei.

Haec protestatio prius solemniter fuit facta in publico  
 omnium ordinum consessu, tum coram Principe et senatus  
 ejus universo; demum ad perpetuam rei memoriam innocen-  
 tie nostraræ testificationem, et juris nostri conservationem

scripta, ac singulorum manu et sigillo subscripta atque signata.<sup>26</sup>

Ultimus Rákóczii successor fuit Gabriel Bathoreus, qui a catholica religione, in qua a patruo Cardinali,<sup>27</sup> et a nobis educatus erat: ad Calvinianorum sectam transierat.<sup>28</sup> Hic bellum non Societati, sed religioni cruentum indixit, Nobiles Catholicos oppressit, sacerdotes nullibi consistere permisit. Unde et nostri, et alii, vel pulsi fuerunt, vel fuga sibi consuluerunt. Quam autem misere infelix perierit, id potius commiseratione prosequendum est, quam narratione.<sup>29</sup> Nunc alter imperat Gabriel,<sup>30</sup> qui cum et ipse sit haeresi infectus, facile quivis divinare potest, quem successum sit habiturus; illud innuisse sufficit illum adeo Turcis esse addictum, ut cum illis potius, quam cum Christianis foedus habere velit.<sup>31</sup>

Ex his omnibus constat Societatem nunquam e Transylvania, nisi propter fidem esse dimissam. Cum enim adversarii viderent, opposita juxta se posita, nimis elucessere, nimisue quid inter nostram et ipsorum mores interesset declarare, ad vim confugerunt et justitia, honestateque contempta innocentes oppresserunt.

Quantis autem calamitatibus, sacrilege peccantem Transylvaniam puniverit Deus, horret animus cogitare; ex sescantis inauditis casibus, unum profero, cui similem, oculum mortalem vidisse, non puto. Vir illustris et fide dignus, Sigismundus Sarmaságius, dum iter faceret, in quodam deserto pago puerum octo vel novem annos natum invenit, sedentem cum canibus prope cadaver humanum, cujus caput, pedes et ma-

<sup>26</sup> Sok kiadása van; leghíányosabb az Erd. org. gyűl. Emlékek V. köt. 514—6. lapján megjelent.

<sup>27</sup> Somlyai Báthory András bíboros, későbbi erdélyi fejedelem. Ez első említése annak, hogy Gábor az ő nevelése alatt állott. Ez Lengyelországban volt, ahol kisfiú korában nehány évet töltött.

<sup>28</sup> Báthory Gábort az erdélyi rendek (Rákóczi Zsigmond lemondása után) 1608 március 7-én választották meg a kolozsvári országgyűlésen, amelyből küldöttséget menesztek az ecseri várban tartózkodó délcég, ifjú fejedelemért, melyet a református Ecseri Báthory Istvántól, atyja-fiától örökolt volt.

<sup>29</sup> A császáriak által felbérelt hajdúk ölték meg Váradon, 1613 október 27-én.

<sup>30</sup> Utódja, Iktári Bethlen Gábor, 1629-ben történt haláláig.

<sup>31</sup> Ez nem áll, csupán elfogultság mondatja a szerzővel.

nus erant integrae, reliquum corpus exossatum et consumptum. Interrogatus puer cuius caput illud fuisset, matris — inquit — meae. Rursus, quis eam devorasset? Cum ipsa, inquit, fame periisset, canes et ego voravimus eam; nam ipse quoque fame conficer. Vidi ipse pueros mortuorum, evisceratorumque equorum ventres ingredi et carnes circa costas jam putredine maceratas, ungue ac dente carpere et avidissime vorare. Feminas vero solidiores partes cultris abscindere, quas re, quas igne torrerent, famelicoque ventri obtruderent.<sup>32</sup> Grandia peccata peccavit Transylvania, grandes poenas sustinuit. In Hungariam gradum faciamus.

---

<sup>32</sup> Ezt a rettenetes erdélyi éhséget más egykorú feljegyzések is megerősítik, kivált Szamosközy 1603-ról, a fenti enyedi esetről, meg a tokaji 1606-i éhségről. (Munkái IV. köt. 177 és 582. l.)